

et salutem optat, et quid aliis post se futurum sit, non laborat: neque confiteatur peccatum suum cum David, neque iram Dei removel à posteris, neque cum Moysse clamat: Aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro vite. Sunt qui illud, *et veritas*, de Messia interpretantur, quasi dicat Ezechias: Feram libenter quodcumque mihi Deus supplicium inflixerit, dummodò ex meo genere Messias oriatur. Quæ sanè expositio pia est: nescio tamen quantum cum sermonis textu consentiat.

Ego *verbum bonum*, aliter accipio; puto enim hoc loquendi genere ab inferioribus significari solere, non gravatè ferri quicquid durum à superioribus injungatur. Quasi dicat: *Fiat voluntas Domini*; aut *quod Domino placet*; aut *fat mihi secundum verbum Domini*; seu accipio admittitque etiamsi in caput meum, quod visum est de me Domino; quasi non provocet ad iudicem, seu ad tempus aliud. Sic Semei cum audisset à Salomone 3 Reg. c. 2, vers. 38: *Quicumque die egressus fueris, et transieris torrentem Cedron, scito te interficiendum*, etc.; respondit Semei: *Bonus sermo*; sicut *locutus est dominus meus rex, sic faciet servus tuus*. Et statim, vers. 43, cum Semei transgressus esset regis edictum, ait illi Salomon: *Et dixisti, bonus sermo*, quasi dicat: Admisisti meum de tuo scelere decretum; Hispanè, *admitiste o pasaste por la sententia*. Sic nunc Ezechias nihil aliud significat quam sibi placere Domini de suo capite decretum. Idem omninò quod 1 Reg. 3 dixit Heli, cum accepisset similes à Samuele minas: *Dominus est; quod bonum est in oculis suis, faciat*. Unde frequens, *esse in oculis alicujus bonum*, id est, placere.

VERS. 20.—RELICUA AUTEM SERMONUM EZECHIE, ET OMNIS FORTITUDO EJUS, ETC., NONNE HÆC SCRIPTA SUNT IN LIBRO SERMONUM DIERUM REGUM JUDÆ? Hæc omnia jam vidimus hoc libro à capite 18, et lib. 2 Paralip. à cap. 29, et Eccl. c. 48. Illud notandum in Paralip. cap. 32,

## CAPUT XXI.

1. Duodecim annorum erat Manasses cum regnare cœpisset; et quinquaginta quinque annis regnavit, in Jerusalem. Nomen matris ejus Haphsiba.

2. Fecitque malum in conspectu Domini, juxta idola gentium quas delevit Dominus à facie filiorum Israel.

3. Conversusque est et edificavit ex-

v. 32, additum esse, *reliqua autem, etc., scripta sunt in visione Isaia filii Amos prophetae*. Porrò apud Isaiam, præter ea quæ in hoc libro legimus, nihil habemus aliud quam celeberrimum illud canticum, quod gratulabundus cecinit, cum ab illo morbo liberatus est Ezechias, à quo omne jam desperatè effugium. Cætera eodem omninò modo, atque isidem penè verbis prosecutus est, atque nos hic habemus. Unde quidam non sine magno fundamento putant hanc saltem partem lib. 4 Reg. ab Isaià fuisse conscriptam. Et cum sententia esset omninò eadem, verba aut nihil, aut certè non admodum diversa, notui actum agere, id est, illa iterum explicare commentando, quæ jam ante super Isaiam explicaveram. Sed ex illis commentariis, hinc pleraque tanquam ad locum non alienum transcripsi. Addidi tamen aliqua, quæ in illis commentariis consultò prætermiseram, quæ sanè multa non sunt. Quod meo mihi jure fecisse videor, qui non aliena depeccatus sum, sed meum laborem ad non alienos usus accommodavi (1).

(1) Cernere licet in Ezechia expressam visum coloribus Jesu Christi figuram. Hic princeps Assyriorum jugum excutit, provocatque in se ingens bellum et periculosum, quo gloriosè, non sine Domini ope liberatur. Bellum indicit Jesus Christus peccato mundo, carni et diabolo. Armantur in illum ejusque doctrinam, Ecclesiam, ac discipulos, omnia et orbis et Inferorum imperia. Nunquam Sennacherib adeo insanit, nunquam Rabscas horrenda adeo effudit in Deum probra, ut furorè insectatorum Ecclesie ac calumnias, et impia illorum in Filium Dei et Ecclesiam probra aquent: omnibus tamen his conatibus superior Dei manus superbos illos dejicit, atque insignem de illis victoriam Jesus Christus, ejusque fideles referunt. Ezechias ad ipsum usque sepulcri limitem deductus, deinde insigni prodigio valetudini restitutus, carmen canit solemne et eucharisticum, ubi altioresem figere videtur obtutum ad Servatoris resurrectionem, in valetudine à se recepta tanquam in typo adumbratam: *Vitens vitens, ait, ipse confitebitur tibi, sicut et ego hodie; pater filius notam faciet veritatem tuam*. (Galmet.)

## CHAPITRE XXI.

1. Manasses avait douze ans lorsqu'il commença de régner; et il régna cinquante-cinq ans dans Jérusalem. Sa mère s'appelait Haphsiba.

2. Il fit le mal devant le Seigneur, et adora les idoles des nations que le Seigneur avait exterminées devant la face des enfants d'Israël.

celsa quæ dissipaverat Ezechias pater ejus; et erexit aras Baal, et fecit lucos, sicut fecerat Achab rex Israel, et adoravit omnem militiam cœli, et coluit eam.

4. Extruxitque aras in domo Domini, de quâ dixit Dominus: In Jerusalem ponam nomen meum;

5. Et extraxit altaria universæ militiæ cœli in duobus atriiis templi Domini.

6. Et traxit filium suum per ignem; et ariolatus est, et observavit auguria, et fecit pythones, et aruspices multiplicavit, ut faceret malum coram Domino, et irritaret eum.

7. Posuit quoque idolum luci, quem fecerat, in templo Domini, super quod locutus est Dominus ad David et ad Salomonem filium ejus: In templo hoc et in Jerusalem, quam elegi de cunctis tribubus Israel, ponam nomen meum in sempiternum;

8. Et ultra non faciam commoveri pedem Israel de terrâ quam dedi patribus eorum, si tamen custodierint opera omnia que præcepi eis, et universam legem quam mandavi eis servus meus Moyses.

9. Illi verò non audierunt, sed seducti sunt à Manasse, ut faceret malum super gentes quas contrivit Dominus à facie filiorum Israel,

10. Locutusque est Dominus in manu servorum suorum prophetarum, dicens:

11. Quia fecit Manasses rex Juda abominaciones istas pessimas, super omnia que fecerunt Amorrhæi ante eum, et peccare fecit etiam Judam in immunditiis suis,

12. Propterea hæc dicit Dominus Deus Israel: Ecce ego inducam mala super Jerusalem et Judam, ut, quicumque audierit, tinniant ambe aures ejus.

13. Et extendam super Jerusalem funiculum Samariæ, et pondus domus Achab; et delebo Jerusalem sicut deleri solent tabulæ, et delens vertam et ducam crebrius stylum super faciem ejus.

14. Dimittam verò reliquias hereditatis mee, et tradam eas in manus inimicorum ejus, eruntque in vastitatem et in rapinam cunctis adversariis suis,

3. Il rebâtit les hauts lieux que son père Ezechias avait détruits; il dressa des autels à Baal, fit planter de grands bois, comme avait fait Achab, roi d'Israël; il adora tous les astres du ciel, et leur sacrifica.

4. Il bâtit des autels profanes dans la maison du Seigneur, de laquelle le Seigneur avait dit: J'établirai mon nom dans Jérusalem;

5. Et il dressa des autels à tous les astres du ciel dans les deux parvis du temple du Seigneur.

6. Il fit passer son fils par le feu, aimait les divinations, observa les augures, institua ceux qu'on appelle pythons, et multiplia les enchanteurs, de sorte qu'il commit le mal aux yeux du Seigneur et l'irrita.

7. Il mit aussi l'idole du grand bois qu'il avait planté dans le temple du Seigneur, duquel le Seigneur avait dit à David et à Salomon, son fils: C'est dans ce temple et dans Jérusalem, que j'ai choisie d'entre toutes les tribus d'Israël, que j'établirai mon nom pour jamais;

8. Et je ne permettrai plus qu'Israël mette le pied hors de la terre que j'ai donnée à leurs pères, pourvu qu'ils observent tout ce que je leur ai commandé et toute la loi que mon serviteur Moïse leur a donnée.

9. Et cependant ils n'ont point écouté, mais ils se sont laissés séduire par Manassès pour faire encore plus de mal que n'en avaient fait les nations que le Seigneur a exterminées de la face des enfants d'Israël.

10. Le Seigneur a parlé ensuite par les prophètes, ses serviteurs, et a dit:

11. Parce que Manassès, roi de Juda, a commis ces abominations, encore plus détestables que tout ce que les Amorrhéens avaient fait avant lui, et qu'il a fait pécher Juda par ses infamies,

12. Voici ce que dit le Seigneur, Dieu d'Israël: Voici que j'amènerai de tels maux sur Jérusalem et sur Juda, que les oreilles en seront étourdies à quiconque les entendra.

13. J'étendrai sur Jérusalem le cordeau de Samarie et le poids de la maison d'Achab; et j'effacerai Jérusalem comme on efface des tablettes, je passerai et repasserai souvent le style sur sa face;

14. J'abandonnerai les restes de mon héritage, et je les livrerai entre les mains de leurs ennemis, et tous ceux qui les haïssent les pilleront et les ravageront,



15. Eò quòd fecerint malum coram me, et perseveraverint irritantes me, ex die quà egressi suat patres eorum ex Ægypto usque ad hanc diem.

16. Insuper et sanguinem innoxium fudit Manasses multum nimis, donec impleret Jerusalem usque ad os, absque peccatis suis quibus peccare fecit Judam ut faceret malum coram Domino.

17. Reliqua autem sermonum Manasse, et universa quæ fecit, et peccatum ejus quod peccavit, nonne hæc scripta sunt in libro Sermonum dierum regum Juda?

18. Dormivitque Manasses cum patribus suis, et sepultus est in horto domus suæ, in horto Oza. Et regnavit Amon filius ejus pro eo.

19. Viginti duorum annorum erat Amon cum regnare cepisset; duobus quoque annis regnavit, in Jerusalem. Nomen matris ejus Messalémet, filia Harus de Jéthea.

20. Fecitque malum in conspectu Domini, sicut fecerat Manasses, pater ejus;

21. Et ambulavit in omni viâ per quam ambulaverat pater ejus, servivitque immunditiis quibus servierat pater ejus, et adoravit eas;

22. Et dereliquit Dominum Deum patrum suorum, et non ambulavit in viâ Domini.

23. Tetenderuntque ei insidias servi sui, et interfecerunt regem in domo suâ.

24. Pereussit autem populus terræ omnes qui conjuraverant contra regem Amon, et constituerunt sibi regem Josiam filium ejus pro eo.

25. Reliqua autem sermonum Amon quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro Sermonum dierum regum Juda?

26. Sepelieruntque eum in sepulcro suo, in horto Oza. Et regnavit Josias filius ejus pro eo.

## COMMENTARIUM.

VERS. 1. — DUODECIM ANNORUM ERAT MANASSES CUM REGNARE CEPISSET. Sicut ex parente sceleratissimo Achaz, Ezechias homo religiosissimus natus est, sic ex Ezechia viro sanctissimo natus est filius Manasses, quo nemo prioribus regni sui temporibus sceleratior fuit. Quicquid

15. Parce qu'ils ont commis le mal devant moi, et qu'ils ont continué de m'irriter depuis le jour que leurs pères sortirent de l'Égypte jusqu'à aujourd'hui.

16. Manassés répandit de plus des ruisseaux de sang innocent, jusqu'à en remplir toute la ville de Jérusalem, outre les péchés par lesquels il avait fait pécher Juda, faisant ainsi le mal devant le Seigneur.

17. Le reste des actions de Manassés, toutes les choses qu'il a faites, et le péché qu'il a commis, tout cela est écrit au livre des Annales des rois de Juda.

18. Et Manassés s'endormit avec ses pères, et fut enseveli dans le jardin de sa maison, dans le jardin d'Oza. Et Amon, son fils, régna en sa place.

19. Amon avait vingt-deux ans lorsqu'il commença de régner, et il régna deux ans, dans Jérusalem. Sa mère s'appelait Messalé-meth, et était fille d'Harus de Jéthea.

20. Il fit le mal devant le Seigneur, comme avait fait Manassés, son père;

21. Il marcha dans toutes les voies par lesquelles son père avait marché; il servit les mêmes abominations que son père avait révé-rées, et les adora;

22. Il abandonna le Dieu de ses pères, et ne marcha point dans la voie du Seigneur.

23. Ses serviteurs lui dressèrent des embûches, et le tuèrent dans sa maison.

24. Mais le peuple tua tous ceux qui avaient conspiré contre le roi Amon, et il établit Josias, son fils, pour régner en sa place.

25. Le reste des actions d'Amon est écrit au livre des Annales des rois de Juda.

26. Il fut enseveli en son sépulchre dans le jardin d'Oza; et Josias, son fils, régna en sa place.

enim pater pius exterminâret à terrâ, quæ Del iram excitaverant sæpè, et rei Judaicæ frequens infortunium attulerant, illa à parentis ingenio ac moribus omnino degener in priorem locum et ordinem restituit. Neque meliorem, aut alium instituit vivendi modum, quam

gentes, quibus veræ religionis lumen nunquam affulsit; quasque Deus è Chanaanæ solo procul ablegavit. Excitavit excelsa, extraxit aras peregrinis diis, et imitatus Achab, qui Sidoniam religionem invenil, plantavit lucos, et cæli militiam adoravit. Et, quod impietatis videri potuit culmus, in ipso templo, cujus erat summa eo tempore religio et sanctitas, gentilium simulacris statuit altaria; et ejus generis ausus est alia, quæ Dominus fieri gravi comminatione prohibuerat. Cum illum sibi locum elegisset, promississetque stabilem in Chanaanæ solo possessionem, si locum illum servarent ipsi impollutum et sanctum, et tradita per Moysen mandata custodirent; traduxit etiam per ignem filium, sicut fecerat avus ejus Achaz: pythones et aruspices multiplicavit atque consuluit, observavit auguria. Neque ad hæc tam gravia præcepta attendebat Achaz, et populus vel seductus à rege, aut illius votis obsequens nimis, aut stultè blanditus, nihil minus quam de patriâ ac verâ religione cogitabat, (1)

(1) VERS. 2. — JUXTA IDOLA GENTIUM. Hebræus: *Fecit malum coram Domino juxta abominaciones gentium, quas Dominus expulit.* Idola nomine abominacionum designat. Merito infandorum criminum Deus Chanaanæ delevit.

(Calmet.)

Manassés fit le mal devant le Seigneur, etc. Il parait par là, dit un ancien Père, que ce n'est pas la nature, mais la volonté qui a l'empire dans l'homme, et l'on ne peut voir un Manassés quitter la conduite si pénse de son père, pour marcher par un chemin entièrement opposé, qu'on ne reconnoisse que c'est cette volonté de l'homme qui tient comme le gouvernail de sa vie, et qui la rend ou bonne ou méchante, selon qu'elle se porte au vice ou à la vertu. Que les libertins donc et les impies soient confondus, lorsqu'ils accusent la nature, comme si elle leur imposait une espèce de nécessité de pécher, puisqu'ils peuvent être convaincus du contraire par les deux exemples presque également étonnants, et d'Ezechias qui, étant né d'un père impie, se porta de tout son cœur à la piété, et de Manassés, son fils, qui s'éloigna de la vertu de son père, pour s'abandonner à toutes sortes d'impies et d'abominations. Mais si c'est cette volonté qui conduit l'homme dans tous ses pas et dans toutes les démarches qu'il fait vers la vie ou vers la mort, elle est elle-même conduite par l'Esprit de Dieu toutes les fois qu'elle s'élève au-dessus de la corruption de sa nature. Et c'est pour cette raison que le prophète demandait à Dieu qu'il le conduisît dans ses voies, et qu'il le fit marcher droit dans sa vérité. *Utinam dirigantur viæ meæ ad custodiendas justifications tuas! Dirige me in veritate tuâ, et doce me.* (Sacy.)

VERS. 5. — FECIT LUCOS. Hebræus: *Et fecit Aserah, sicut fecerat Achab.* Aserah est simulacrum ligneum, vel Astartes: usurpatur etiam

VERS. 10. — LOCUTUS EST DOMINUS IN MANU SERVORUM SCORUM PROPHETARUM (1). Erant hoc tempore propheta, qui Isaiæ fuerunt coactanei, qui fuerunt non pauci. Fuit quidem Isaias,

pro Iuço, ubi nomen illud colebatur, et pro ipso quod ibi consecratum erat idolo. Vide infra nostram dissertationem de Numinibus Phœnicum.

ADORAVIT ONEM MILITIAM CÆLI, ASTRA OMNIA, quibus, ceu rex et regina, sol et luna præsent: altaria illis crexerunt *in duobus atris domus Domini*, id est, in atrio populi et sacerdotum. Vide v. 2 hujus capituli, et 2 Paral. 33, 4, 5.

VERS. 6. — TRADUXIT FILIUM SUI PER IGNEM, igne cremavit, obsequio Moloch; vel tantum traduxit per subjectas flammæ ob lustrationem, ex sacris profani hujus numinis ritibus.

ARIOLATUS EST, amavit divinationes, ariolos consuluit, vel ipse ariolum egit. Futuros rerum eventus astrorum vel nubium inspektione reserare aggressus est. Septuaginta: *Εξεδόξατο*; quare de divinatione per virgas dictum accepisse visi sunt. Alii exponunt de observatione ac discrimine dierum fastorum et nefastorum.

OBSERVAVIT AUGURIA, Vox originalis, *וַיִּשְׁמַר*, innuere videtur magicas excantationes per angues, vel aenea vasa. Exponitur tamen de præstigiis et sortilegiis omnis generis. Septuaginta: *Ὀνεικτετο*, *auguratus est*, divinationem per volatum vel cantum avium observavit.

FECIT PYTHONES, Constituit, vel auctoritate suâ firmavit eos, qui afflatus se spiritu pythónico aiebant. Magi, qui præsed se habere gloriabantur familiariter quendam spiritum, ejusque vocem ex imis corporis penetrantibus, ex ino ventre vel stomacho insanonem auribus dabant; quique se noscere futura Apollinico numine plenos affirmabant.

ARUSPICES, qui victimarum cæta scrutabantur. Hebræa vox, *וַיִּשְׁמַר*, ad litteram sonat cogitantes, divinos, horoscopes, et quicumque explorata sibi esse seu futura seu incognita gloriantur. Idem Septuaginta: *Ἰωσέεζ*.

VERS. 7. — POSUIT IDOLUM LUCI. Hebræus: *Posuit idolum excisum ex Aserah.* (Calmet.)

VERS. 7. — POSUITQUE MOLUM LUCI QUAM Fecerat, idolum in loco ante a se constructo positum jam Iuço sculptili circumdatum posuit in templo, q. d.: Manassés prius construxerat Iuço sive sylvam diis sceram, in eoque collocarat idolum, quod deinde ex Iuço transtulit in templum; sed quia Iuço cum idolo transferrè non poterat, hinc loco Iuço, fecit simulacrum sive similitudinem Iuço ex auro, argento vel ære, in eoque posuit idolum, illudque cum Iuço transtulit in templum, ut ibidem jam non Deus in templo, sed æra in Iuço coleretur. Unde utrumque postea destruxit Josias Manassés nepos, cap. 25, vers. 6 et 7.

(Corn. à Lap.)

(1) Sollicet per Osce, Amos, Joëlem, Nahum, Jonam, Abdiam, ac maxime Isaiam Manassés sacerum, qui prouide à Manasse serrâ lignè dissectus Christi in Iuço crucifixi Iuço typus, ut dixi proemio in Isaiam, ac plures alios prophetas, ad eum Joseph. lib. 10, cap. 4, asserat, ex eorum numero per singulos dies



de quo supra plurima, sub Ezechiâ, qui socer esse traditur Manasse, et ideò ab illo serrâ dissectus, quòd liberibus in ejus mores et vitæ genus loqueretur.

VERS. 11. — *QUIA FECIT MANASSES REX JUDA ADOINATIONES ISTAT PESSIMAS* (1). Verba prophetarum grave pondus importat: primum Manasse scelera majorem in modum exaggerant, et longè majora fuisse dicunt his, quæ superioribus seculis admisserunt Amorrhæi, qui ideò regionem suam, quâ nulla fuit orbe toto nobilior, amiserunt. Neque ipse aut solus, aut sibi ipsi peccavit Manasses, sed etiam gentem suo subjectam imperio in eandem scelum prolivem induxit. Hujus regis tam in omne genus profusam intemperantiam fuit gens tota, ut habes apud Jeremiam c. 43, vers. 3: *Visitabo super eos quatuor species, dicit Dominus: gladium ad occisionem, et canes ad lacrandum, et volatilia terræ, et bestias terræ ad devorandum, et dissipandum, et dabo eos in fervorem universis regnis terræ propter Manassem filium Ezechiæ regis Juda, super omnibus quæ*

« aliquem supplicio à Manasse affectum fuisse. » (Corn. à Lap.)

(1) *Parce que Manassés, roi de Juda, a commis ces abominations encore plus détestables que tout ce que les Amorrhéens avaient fait avant lui, et qu'il a fait pécher Juda par ses infamies, je vais faire fondre des maux sur Jérusalem, etc.*

L'Écriture n'a pas marqué sans sujet que ce prince avait commis de plus grandes abominations que les Amorrhéens mêmes; et elle a voulu sans doute nous faire comprendre par cet exemple de la conduite détestable du fils d'un roi si pieux, jusqu'à quels excès se peuvent porter ceux qui renoncent à la piété, dans laquelle ont marché leurs pères. Car il n'est pas de ces personnes comme des autres qui n'ont jamais connu Dieu, et qui ont toujours suivi l'égarément de leurs ancêtres superstitions, puisqu'ayant volontairement étouffé au fond de leur cœur la lumière de la vérité et les sentiments de la piété, il se forme en eux des ténèbres plus épaisses et une corruption plus effroyable que dans les païens. Ce qui a fait dire si souvent à Jésus-Christ, parlant aux Juifs, que les idolâtres seront traités moins sévèrement à la fin du monde que ceux qui ont méprisé les effets de sa bonté envers eux. Aussi nous voyons en cet endroit que Dieu déclare que c'est à cause de ces abominations de Manassés, roi de Juda, qu'il va faire fondre les plus grands maux sur la ville de Jérusalem. Ce n'était pas, comme dit fort bien un savant auteur (Est-us) que ses sujets ne méritassent aussi ces grands châtimens; mais, outre qu'il avait dégénéré si honteusement de la piété de son père, les crimes mêmes de son peuple lui étaient tous imputés, comme à leur prince, puisque ce fut lui, dit l'Écriture, qui fit pécher Juda par ses infamies.

(Sacy)

*fecit in Jerusalem. Quo verò modo ac jure Jerusalem, et subditus populus peccata luat Manasse, diximus in nostris Commentariis ad hunc Jeremiæ loquem.*

VERS. 12. — *ECCE EGO INDUCAM MALA SUPER JERUSALEM, ET JUDAM, UT QUICUNQUE AUDIERIT TINNANT AMBÆ AURES EIUS. Tinnire aures aliquid indicat durum et horribile, idque proverbiali specie, de quo pluribus à nobis actum est super lib. 1 Regum ad illud cap. 5: Ecce ego facio verbum in Israel, quod quicumque audierit, tinnient ambæ aures ejus. Inde tu expositionem pete, et ex Jeremiæ cap. 19, v. 3, ubi eadem etiam adhibentur verba.*

VERS. 13. — *ET EXTENDAM SUPER JERUSALEM FUNICULUM SAMARIE, ET PONDUS DOMUS ACHAB. Qui aliquid non temerè atque inconsideratè faciunt, sed prudenter et attentè, illi rem totam diligenter explorant, atque ideò illi ad amussim, ad regulam et normam, ad mensuram et pondus, facere dicuntur. Quæ translatio à fabricis sumpta est, quibus assiduum atque familiarè instrumentum est pondus, et funiculus, id est, perpendicularium, et linea, quæ in ædificiis, quid rectam, quid sinuosum et incurvatum fuerit, deprehendunt. Neque hæc ad molitionem solum operis, sed etiam ad demolitionem adhiberi ab architecto solent. Neque enim prudentis esset illa demoliri, quæ recta sunt et ex arte perfecta, cum illa firma sint, et aliquos habere possint ad hominum commoditatem usus necessarios. Sic sanè Jeremiæ cecinit Thren. c. 2, v. 8: *Cogitavit Dominus dissipare murum filie Sion, tetendit funiculum sumum, et non avertit manum suam. Et quia nihil in eo populo solidum invenit aut rectum, ideò nihil fuit, quod non in eo populo dissiparet ac perderet. Eodem dicendi modo usus est Isaias c. 34, cum ageret de Idumæorum excidio non dissimili: *Extendetur, inquit, super eam mensura, et redigetur ad nihilum, et perpendicularium ad desolationem. Ex eadem opinione, metaphorâ sumptum est illud 2 Reg. 8: *Percussit Moab, et mensus est funiculo coarctans terræ. Et paulò post: *Mensus autem duos funiculos, unum ad occidentum, et unum ad vivificandum. Extendit Dominus sub hoc tempus funiculum super Samariam, id est, super gentem Israelitidam, et cum ibi nihil inveniret solidum, nihil quod in latum ad lapsum non procurreret, totam illam fabricam, id est, totum populum ita dissolvit, ut nullæ ex eo in propriis sedibus superessent reliquæ. Quia verò ideum sub Manasse vitium erat in fabricâ Juda,*****

id est, in Judæorum moribus, et ingenio, ideò idem Judææ quod ante Samariæ, id est, decem tribubus minatur exitium.

Hæc mihi meditatio non displicet, sed fortassè in funiculo sors intelligitur, et æqualis mensura, quasi dicat Deus, iisdem modis et gradibus in evertendâ Judæâ fore procedendum, quibus in evertendâ dissipandâque Samariâ. Ut enim ibi intercessit ferrum, fames et dira lues, quæ ad extremum miseram illam gentem deduxerunt exitium, sic etiam ad eandem Judææ populus pertrahetur incommoda, propter peccata Manasse. Quæ incommoda illa sunt, quæ Jeremiæ c. 15, numerantur, quæ Manasse peccatum in urbem invexit. Sic autem Jeremiæ de populo, quem Manasse peccatum hostiliter urgebat: *Quòd si dixerint ad te: Quòd egrediemur? dices ad eos: Hæc dicit Dominus, qui ad mortem, ad mortem, et qui ad gladium, ad gladium, et qui ad famem, ad famem, et qui ad captivitatem, ad captivitatem. Hic fuit funiculus, hæc sors, et, ut ita dicam, hæc dira Judæorum necessitas. Statim porrò addit hæc esse subeunda propter Manassè peccatum.*

ET DELEBO JERUSALEM, SICUT DELEBI SOLENT TABULÆ: ET DELENS VERTAM ET DUCAM CREBRIS STYLIUM SUPER FACIEM EIUS. Sententia non obscura, obscurum tamen unde deducta translatio. His verbis planè significatur venturum aliquando tempus, cum ex tantâ tamque opulenti civitate, nihil relinquatur ab hoste Chaldæo: quod probavit exitus. Verba Hebraica non eodem ab omnibus modo convertuntur, licet in eandem omnes sententiam conspiciant. Septuaginta: *Et extergam Jerusalem, sicut extergitur alabastrum, quando abstergitur, et convertitur super faciem suam. Chaldæus: Sicut conterit lapunculam conterens, et vertens super faciem ejus. Tigurina: Detergam Jerusalem, quemadmodum quis patinam detergit, et eam vertit. Eodem penè modo alii omnes à Vulgato. Juxta quas versiones hic est sensus: Quemadmodum quis lagenam ante plenam vino, aut alio quovis unguento, aut alabastrum, seu pyxidem unguentariam, aut certè patinam, sic extergit ut nihil omnino remaneat eorum quibus erant antea plena, sic ego abstergam Jerusalem ab omnibus, quibus affluentissimè prius abundabat, et ita exhauriam, ut nihil præter saxa habuisse videatur. Simili metaphorâ usus est Ezech. c. 26, v. 4, cum ageret de Tyri vastitate: *Dissipabunt muros Tyri, et destruent turres ejus, et radent pulverem ejus de eò, et dabo eam in limpidissimam petram: quasi**

dicat: Usque adeò perfectè vastaberis, ô Tyre, ut neque è tantâ mole pulvisculus supersit, ut nihil sit reliquum, præter purum saxum, in quo civitas olim extructa est. Neque valdè dissimilis est illa metaphorâ, quâ sub hoc tempus usus est Isaias, cum de hac ipsâ civitate et populo loqueretur c. 7, v. 20, ubi de populo atque urbe ita loquitur quasi de homine, cujus pili à toto corpore ad cutim usque novacula raduntur: *In die illâ radet Dominus in novacula conductâ in his qui trans flumen sunt in rege Assyriorum caput, et pilos pedum, et barbam universam.*

Id verò quod juxta hæc translationes additur, plurimum facti ad hæc cogitationem: *Et convertitur super faciem suam. Nam vasa, quæ prius cum essent plena, os habebant supinum, quâ aliter continere non possent unguenta alabastra, et pyxides, neque lagenæ vinum, neque lances obsonia: at ubi hæc eadem vacua sunt inversa, et ore pronò in vasario atque abaco statuuntur, quia nihil habent, quod effundi possit aut everti. Nisi mavis quod putavit Gajetanus, ideò ore pronò inversa fuisse vascula, ne quid liquoris remaneret sive in lateribus, sive in fundo vasis. Sic enim fit communiter ab his, qui ab omni liquore purum vas esse cupiunt.*

Hieronymus aliâ metaphorâ videtur eandem sententiam explicare voluisse; quare Hebraicam vocem *salachath*, quam alii et ipse quoque aliquando *vas* convertit, ut lebetem, scutellam, patinam, hoc loco reddidit tabulam, illam, opinor, tabulam deletilem, quam etiam palimpsestum vocamus, quæ inducto aliquo levisissimo tectorio, aut etiam cerâ, facili excipit aut litteras, aut rerum imagines, quas exarare quisque velit, aut depingere: quæ sic deletur, ut scripturæ prioris aut imaginis nullum appareat signum. Hic autem de incertis tabulis agi puto; id certè docet styli nomen, quo non cerussata tabulæ, sed obductæ certè imprimuntur signa. Stylus enim, qui antiquis seculis pro calamo fuit, alterâ parte acutus erat, qui in ceratâ tabulâ notas exarabat; alterâ latior et obtusior, quo, si minus scripta probarentur, debebantur, ut eodem rursus complanatâ cerâ novæ inducerentur notæ, aut rerum imagines. Quare *vertere stylium*, idem valet apud Latinos proverbiali specie, atque corrigere, aut mutare sententiam; quod enim styli exaramus acumine, idem inverso stylo latiori illius parte delemus. Sic Horatius lib. 3, Satyr. 10:



*Sæpe stylus certas, iterum, quæ digna legi sint Scripturas.*

Ait ergo propheta quicumque ille est, qui minus hæc fulminis in modum intorsit in Manasse, et populi devotum neci aut infortunio caput, ita fore delendam Jerusalem, et oblitivanda quæ in illa majorum exempla visebantur illustra, et in omnem æternitatem duratura, ut neque antiquæ virtutis et gloriæ ulla superesset vestigia, perinde atque si notata forent in pulvere, in quo Jerem. c. 17, qui à Domino defecerunt, scribatur, aut in aquâ, quæ temporis momento vaneant.

ET DELENS VERTAM, ET DICAM CREBRIS STYLEM SPERA FACIEM EIUS. Facies in tabulâ pars illa est, quæ literas excipit, vel imaginem: stylus obducitur cum pars latior illius ceræ imprimatur, et obscurat, et delet quod notatum fuerat. Si vox una aut versus unus obsecandus est, semel inducitur inversus stylus; si plures versus, sæpius, donec tandem deletis literis aut figuris, pura relinquatur tabula, sicut antequam nulla in ea nota forent impressæ. Quod sanè accidit in Hierosolyma vastitate, in quâ hostilis semel et quartò inductus est stylus, donec tandem tota prorsus interit. Nam primùm illam deformavit Phæro Neco, occiso Josiâ, et abducto Joachaz in exilium, et imposito terræ gravi tributo infra c. 25, quo tempore in nobili tabulâ bona pars Judaicæ gloriæ obliterata est, quod reliquum fuerat, erasit funditus Nabuchodonosor variis in eam regionem appulsibus.

VERS. 14. — DIMITTAM VERO RELIQUIAS HEREDITATIS MEÆ, ET TRADAM EAS IN MANUS INIMICORUM EIUS. Duas hic ego explicationes videre videor: altera ut Deus videatur omninò dimisisse atque abjecisse reliquias hereditatis suæ, id est, duas tribus, quæ reliquæ fuerant, postquam decem alias abduxerunt Assyrii. Tam autem hæc, quam illæ, hereditas poterunt appellari Dei. Causa verò cur Deus tam severum sumpsit de sua hereditate supplicium, ea fuit, quia ex quo egressi fuerunt ex Ægypto solo, licet singularibus onerati beneficiis, defecerunt tamen frequenter à Deo, et iteratis sæpè scelerebus illius in se furorem irritarunt, donec tandem, impletâ scelorum mensurâ, ultimum Domini manum experti sunt.

Alterâ explicatione aliquid hic agnoscit ab animo Domini clemente profectum, ita ut delere omninò noluerit populum suum, sed bonam illius partem supersitem reliquerit, quæ servilem operam prestaret Babylonis, et genus

propagaret Judaicum, quod ad paucos redactum interisse videbatur, susceptis in civitate liberis, qui tanti populi impleverunt ruinas, et ad spem majorem gentem abjectam, et penè exanimatam erigerent. Id quod sub hæc tempora cecinit Isaias c. 1, v. 9, et relictus Paulus ad Roman. c. 9, v. 29: *Nisi Dominus exercitum reliquisset nobis semen, quæsi Sodoma fuissetis, et quasi Gomorraha similes essetis.* Ita Abul. q. 14, Dionysius. Ego in priorem explicationem magis propendeo, quam tenent Cajetanus et Hugo.

VERS. 16. — IN SUPER ET SANGUINEM INNOXUM FUDIT MANASSES (1), MULTUM NIMIS, DONEG IMPLERET JERUSALEM USQUE AD OS. Connumerat supra historicus sacer impietatem Manasse, quo modo relicto Deo, cui tam constanter ac seriò hæsereat pater Ezechias, variis se substitutionibus illigret, idola coluerit, aurgia captarit, nullamque horruerit divinationis genus. Nunc crudelitatem illius accusat et amplificat, cui nihil tam innocuum, nihil tam sanctum fuit, à quo furorem et ferrum continerit. Usque adeo autem grassatus est intem-

(1) Præsertim eorum qui suis impietatis resistebant, illumque de eâ arguebant, ut erat Isaias caterique prophete; ita ut quotidiè aliquem è prophetis occideret, ait Joseph. Hinc appositè vocatus est *Manasses*, id est, *ab insurgente*, vel *ex oblatione*, ait auctor Imperf., homil. 1 in Matth.: *Providentia enim Dei sic eum dispensavit vocari, quia obliturus fuerat omnem conversationem patris sui sanctam, et omnia beneficia Dei pro merito ejus collata in ipsum, et stimulare ab insurgente diabolo, et revertendum, gesturus omnia quæ Deum ad iracundiam provocarent.* Addit idem auctor de Manasse quid novi et miri, aitque: *Benignè cum egrotasset Ezechias in tempore quodam, et venisset ad eum Isaias propheta visitandum, vocavit Ezechias filium suum Manassen, et cepit ei mandare quòd debebat Deum timere, quomodo regere regnum, et cælia multa. Et dixit ad eum Isaias: Verè quia non descendant verba tua in cor ejus, sed et in superius oportet per manum ejus interfici. Quod audiens Ezechias, volebat filium suum interficere, dicens: Quis melius est me sine filio mori, quam talem filium relinquere, quæ et Deum exasperet, et sanctos ejus persecutatur.* Tenit autem eum vix Isaias propheta, dicens: *Scriptum factum Deus consilium tuum hæc, videns Ezechias religionem, quia plus amabat Deum, quam filium suum.* Verùm hæc videtur Rabbiorum fabella. Nam egrotante Ezechia necdum natus erat Manasses, quia post morbum Ezechias supervixit 15 annos, è quæ deinde morienti succedens Manasses erat duodecim annorum. Natus est ergo Manasses tertio à morbo et sanitate recuperatâ Ezechie patris sui anno. (Corn. à Lap.)

perant et barbæ, ut civitas tota usque ad os innocentiù sanguine redundaret. Qui dicendi modus magam indicat rerum abundantiam: sumitur autem translatio non ab ore animalis, sed ab ore vasis, seu putei, aut horrei; tunc enim vulgari sermone rerum significamus abundantiam, cum ad os usque, id est, ad summum aliquid plenum esse dicimus. Licet quinam hi fuerint, quorum sanguinem Manasses effudit, ex Scripturâ non constat, est tamen verisimile illorum fuisse prophetarum, per quos Deus regis impii peccata reprehendit, aut qui sequi noluerunt illius mores et institutum, aut qui illius intemperantiam liberis exprobrarunt. Sanè ab illo propter reprehensionis acerbitatem occisum Isaiam acerbissimò mortis genere, sentiunt communiter Patres, et nos hæc copiosius exposuimus in nostris Commentariis in Isaiam Prolegomeno 3. Vide Abulens. q. 18, Josephus lib. 10 Ant. c. 4: *In omnes, inquit, quotquot erant in Hebræis, justos grassabatur cordibus, nec à prophetis quidem eruentis manus abstinens: nam ex horum numero per singulos dies aliquem afflicebat supplicio.*

ANSQUE PECCATIS SUI, QUIBUS PECCARE FECIT JUDAM. Hæc gravissima fuerunt peccata: sed illud non fuit leve, quòd suo exemplo pessimo gentem suo subjectam imperio turpiter corripit. Principum enim exemplum severissimè cujusdam imperii pondus habet, ad cujus formam mores suos attemperat inferior multitudo. Sed neque imperium defuisse credo, quo nimiam timidam atque obsequentem plebem ad omne impietatis genus secum traxit.

VERS. 17. — RELIQUA AUTEM SEMONUM MANASSE, ET UNIVERSA QUÆ FECIT (1). Plura alia

(1) Commiscentur Rabbini, Manassem conjectum in vas generum perforatum, ingenti rogo expositum fuisse. In hisque rerum angustiis opem deorum omnium postulasse, quibus olim prece et thure litaverat; singulorum verò inbecillitatem experientiâ intelligenti, succurrisse opportunè quæ verba olim à patre suo audiverat: *Cum quaesieris tibi (in rebus adversis) Dominum Deum tuum, invenies eum, si tamen toto corde quaesieris.* Quare ex animo ad Dominum conversus, statimque captivitate solutus, translatus est in regnum suum eodem prodigio, quo Habacuc Babylonem, id est, apprehensus crinibus, raptus per aerem. Scripturam quibus verus, sed fidei non satis assertæ, historiam hæc regis libertatis restituiti aliter narrat. In vinculis detentus Manasses pro quotidianâ annonâ victibat frustulo panis hordeacei et aquâ aceto permixtâ; utriusque verò arcta erat admodum mensura, ut vitam vix prorogata, saturari non posset. Inter has angustias opportunè miser Domini meminit, statimque

fecit Manasse, quæ alibi scripta sunt, quæ nos ex lib. 2 Paralip. c. 25 ad hunc locum transferemus, ne regis hujus, aut manca maneat, aut obscura narratio. Eo autem loco à versu 11 habemus, quò supplicii genere Dominus tot impii regis, tamque impura ac barbata peccata multaverit. Primùm immisit regem Assyriorum, qui regem Manassem victum intraxit Babylonem. Quis tamen ille fuerit, incertum est, quia res Assyriæ hoc tempore obscuræ sunt: neque aliquid est in Scripturâ quod ego viderim, quod aliquid nobis præterat lucis. Illud certius, regem Babylonis sub hoc tempore subditum esse Assyriorum regi. Quare rex iste Assyrius, quicumque fuit, captivum Manassem in Babylonem secum abstulit, in civitatem nimirum sibi subjectam. Quod ex eo constat, quia rex Assyriorum regem Manassem, nobilem scilicet prædam, in civitatem alienam non amandasset. Item, quia, ut vidimus supra c. 17, v. 24, Salmanassar rex Assyriorum colonos induxit in Samariam à se subjugatam ex Babylone, non utique ex alienâ civitate, seu provinciâ. Quæ enim esset prudentia alienorum fidei commendare civitatem regiam, à

ad ejus clementiam totus est; nec mora: subita quædam flamma totum cinxit, quæ cæteris liquatis victum libertati restituit. Apagæ fabulas! Munus illud libertatis restituit Manassæ post aliquot captivitas annos, Saouduchino, Asarhaddonis successori, deberi creditur. (Calmet.)

« Ou Manassès, roi de Juda, dit Voltaire, n'avait jamais entendu parler du miracle du cadran de son père, et des autres miracles d'Isaïe, ou il n'a regardé Adonai que comme un Dieu local, ou il était tout-à-fait étonné. Cette inconcevable incréduité de Manassès peut faire penser que le Pentateuque n'était pas encore connu, la religion judaïque pas encore débrouillée: rien n'était constaté, rien n'était fait. Manassès, âgé seulement de douze ans, lorsque Ezechias mourut, entré de l'état de prospérité dans lequel son père lui laissait le royaume, sans avoir assez vécu pour lui inculquer les vrais principes de religion et de gouvernement, tomba entre les mains de courtisans impies qui le plongèrent, au sortir de l'enfance, dans tous les excès dont les livres saints présentent le tableau. A cet âge, un prince séduit et corrompu réfléchit peu. Les égarements de celui-ci durèrent sept ans; ils ne finirent que par la perte de sa liberté, lorsqu'il fut mené captif à Babylone. Mais n'est-ce pas le comble de la déraison de conclure de sa conduite que le Pentateuque n'était pas encore connu, ni la religion judaïque débrouillée? Et pour quelle cause donc moururent tant d'hommes vertueux dont le sang innocent inonda Jérusalem sous Manassès? Le critique a-t-il donc oublié que ce roi fut d'abord persécuteur? (Duclot.)



quibus sperari nihil posset fidele ac tutum? *Adduxit autem rex Assyriorum de Babylone et de Cutha, etc., et collocavit eos in civitatibus Samarie pro filiis Israel.*

Deinde eodem cap. v. 12 habemus, quo modo dura vexatio et severa custodia, et superiorum temporum, et peccatorum recordatio ex obstinato quondam pectore penitentiam excusserit, quemadmodum orarit ardentem, denique adeo libertatem obtinuerit et regnum unde excederat superatus ab hoste majori. Oratio, quam habuit Manasses cum esset in vinculis, à nonnullis olim putabatur canonice fidei, quam legebamus ad finem libri secundi Paralipomenon. Nunc tandem extra seriem canonicorum librorum cum aliis pluribus seposita est, ne prorsus interiret. Atque ideo ab illius explicatione prudens abstinco. Ex illa tamen, cuiuscumque sit fidei, illud habemus, durissimam habuisse custodiam, et vitam ærumnosam. Sic enim ille : *Incurvatus sum multo vinculo ferreo, ut non possim attollere caput meum, et non est respiratio mihi.*

Deinde à versu 14 traditur quid egerit à vinculis divino beneficio solutus, quam alius fuerit à se ipso, ut animum serio applicuerit ad munidas urbes, ad construenda presidia, ad proligandos hostes opportuna. Denique ne quid deesset, quod ab optimo principe disciplina militaris exigeret, neque minori studio in religionis, quam ante prodiderat, oppugnaretur, observationem incubuit, ut et eam ipse coleret, et in aliis excitaret, et quam maximè posset studiosè fovaret. Quare evertit aras impix religioni consecratas, simulacra confregit, et mala malè perdidit, et extra urbem omnia projecit suis cultoribus deinceps futura ludibrio. Porro sub hæc tempora contigisse historiam Judith nonnulli existimant, in quibus sunt cardinalis Bellarminus tom. 1, lib. 1, c. 12; Serarius in librum Judith, c. 1, q. 2; sed hæc longiore disputationem desiderant, quam ad meum institutum pertinere non puto.

VERS. 18. — DOMITIQUE MANASSES CUM PATRIBUS SUIS, ET SEPULTUS EST IN HORTO DOMUS SUE IN MONTE OZE. — CUM ALII FERMÈ REGES JUDA SEPULTI DICANTUR IN CIVITATE DAVID, ET APPOSITI AD PARENTES SUOS, PRÆTER ADMODUM PANCOS, MANASSES TAMEN IN HORTO DOMUS SUE, QUI HORTUS dicebatur Oze, sepultus est. Non, ut opinor, oze populi, cui execranda videbatur prius regis vita, quia extrema pars ætatis turpem illam maculam tantæ morum mutatione deterserat. Erat, opinor, in horto illo illustre aliquod

mausoleum, dignum regio cadavere, quod sibi rex vivus sanisque construxerat, non procul ab urbe, cui nomen videtur dedisse sacerdos Oza, cui nimia in arcam fœderis temeritas ademitt. Casum verò Oze non longè ab urbe contigisse, suo loco probavimus lib. 2, c. 6, ad illud versiculi 9 : *Et extimuit David Dominum in die illa.*

VERS. 19. — VIGINTI DUOREM ANNOREM ERAT AMON CUM REGNARE CŒPISET. DE AMON NIHIŁ FERMÈ HABEMUS DIGNUM ANNALIBUS, quia regie dignitatis usura brevissima, utpote biennij, vita turpissima, cum similis esse maluerit parenti juveni, et in omnem morum et impietatis turpitudinem projecto, quam eidem seni, et multò saniora cogitanti. Quare cum illius ineluctatos mores sustinere non possent, servi quidam domestici, quorum tunc erat animus minùs quam antea pietati rebellis, illum occiderunt, cum edidisset nihil nisi quod execrarentur et damnarent boni : et quod pietas horreret atque religio. Sed populus, qui neque omnia accuratè prudenterque considerat, qui que plerumque nobilitati favet, ultus est eadem illam, occisis illis, qui per insidias regem obruncerant, et regium cadaver in horto Oze paterno monumento condiderunt. Et Josiam filium infantili propè ætate, octavum enim annum tunc agebat, parentis loco in regno suffecerunt.

Libet ad extremum addere pro re morali quod p. 2 Annalium meditabatur Glycas : « Fecerit, inquit, operæ pretium inquirere, quam obrem Deus Manasse penitentiam expectaverit, sed non filii ejus Amon, quem instar segetis (id est, in herba), demessit. Nimicùm cogitationem quidem pravam apud animum instituit, cum secum ita loqueretur : « Pater meus à puero multa scelera fecit, ac in senectè penitentiam egit. Quamobrem et ipse hæc in ætate pro animi libidine me geram, et deinceps ad Dominum me convertam. Hæc igitur de causâ Deus penitentiam illius non expectavit, quando paternis calamitatibus nullo modo factus erat melior. » (1)

(1) VERS. 20. — FECITQUE MALUM IN CONSPPECTU DOMINI. AUDI S. CLEMENTEM LIB. 2 Constit. Apost., cap 25 : « Talis, inquit, exstitit Amon filius Manassis, de quo ait Scriptura : Decepit se Amon malâ cogitatione transgressionis, et dixit : Pater meus multa peccata ab adolescentiâ commisit, et cum senex esset, commisit se penituit; et nunc ego ambulabo, et ut expectet anima mea, et postea convertam me ad Dominum; et egit improbè coram Domino et super omnes natos ante se, et delevit eum

## CAPUT XXII.

1. Octo annorum erat Josias cum regnare cœpisset; triginta et uno anno regnavit in Jerusalem. Nomen matris ejus Idida, filia Hadaia de Beseath.

2. Fecitque quod placitum erat coram Domino, et ambulavit per omnes vias David patris sui; non declinavit ad dexteram sive ad sinistram

3. Anno autem octavo decimo regis Josie, misit rex Saphan, filium Asa filii Mesulam, scribam templi Domini, dicens ei :

4. Vade ad Helcias sacerdotem magnum, ut confletur pecunia quæ illata est in templum Domini, quam collegerunt janitores templi à populo,

5. Deturque fabris per præpositos domus Domini; qui et distribuant eam his qui operantur in templo Domini ad instauranda sarta tecta templi,

6. Tignariis videlicet et cæmentariis, et iis qui interrupta componunt, et à emanatur ligna et lapides de lapideinis ad instaurandum templum Domini :

7. Verumtamen non supputetur eis argentum quod accipiant, sed in potestate habeant et in fide.

8. Dixit autem Helcias pontifex ad Saphan scribam : Librum legis reperi in domo Domini; deditque Helcias volumen Saphan, qui et legit illud.

9. Venit quoque Saphan scriba ad regem, et renuntiavit ei quod præceperat, et ait : Conflaverunt servi tui pecuniam que reperta est in domo Domini, et dederunt ut distribueretur fabris à præfectis operum templi Domini.

10. Narravit quoque Saphan scriba regi, dicens : Librum dedit mihi Helcias sacerdos. Quem cum legisset Saphan coram rege,

11. Et audisset rex verba libri regis Domini, seoidit vestimenta sua,

12. Et præcepit Helcias sacerdoti et Ahicam filio Saphan et Achobor filio Michæ et Saphan scribæ et Asaia servo regis, dicens :

13. Ite et consulite Dominum super me, Deus celeriter ex terrâ ejus bonâ, et servi impetum in eum fecerunt, et domiejus inter-

## CHAPITRE XXII.

1. Josias avait huit ans lorsqu'il commença de régner, et il régna trente-un ans, à Jérusalem. Sa mère s'appelait Idida, et était fille de Hadaia de Béséath.

2. Il fit ce qui était agréable au Seigneur, et marcha dans toutes les voies de David, son père, sans se détourner ni à droite ni à gauche.

5. La dix-huitième année de son règne, il envoya Saphan, fils d'Asa, fils de Mesulam, secrétaire du temple du Seigneur, en lui donnant cet ordre :

4. Allez vers le grand-prêtre Helcias, afin qu'il fasse ramasser tout l'argent qui a été porté au temple du Seigneur, et que les portiers du temple ont reçu du peuple ;

5. Et que les maîtres de la maison du Seigneur le donnent aux entrepreneurs, afin qu'ils le distribuent à ceux qui travaillent aux réparations du temple du Seigneur,

6. Aux charpentiers, aux maçons et à ceux qui rétablissent les murs entr'ouverts, afin qu'on achète aussi du bois, et qu'on tire des pierres des carrières, pour rétablir le temple du Seigneur.

7. Qu'on ne leur fasse point néanmoins rendre compte de l'argent qu'ils reçoivent, mais qu'ils en soient les maîtres, et qu'on se repose sur leur bonne foi.

8. Alors le grand-prêtre Helcias dit à Saphan, secrétaire : J'ai trouvé un livre de la loi dans le temple du Seigneur. Et il donna ce livre à Saphan, qui le lut.

9. Saphan, secrétaire, revint ensuite vers le roi, pour lui rendre compte de ce qu'il lui avait commandé, et lui dit : Vos serviteurs ont ramassé l'argent qui s'est trouvé dans la maison du Seigneur, et l'ont donné aux intendans des bâtimens du temple du Seigneur, pour le distribuer aux ouvriers.

10. Saphan, secrétaire, dit encore au roi : Le pontife Helcias m'a donné aussi un livre. Et il le lut devant le roi.

11. Le roi ayant entendu les paroles du livre de la loi du Seigneur, déchira ses vêtements.

12. Et dit au pontife Helcias, à Ahicam, fils de Saphan, à Achobor, fils de Michæ, à Saphan, secrétaire, et à Asaïas, officier du roi :

13. Allez, consultez le Seigneur sur moi et sur le peuple d'Israël et sur tout Juda touchant ce que j'ai fait, et ce que j'ai entendu. Car, à Lap.)